בע״ם

תורת

טעמי המקרא

s.

DOCTRINA ACCENTUATIONIS HEBRÆÆ

VI. regulis accurate & ſuccincte inclusa, earumq; perſpicua explicatione ubiq; declarata, exemplorum biblicorum inductione comprobata, & facillima methodo concinnata,

ut

qvisqve vel proprio Marte eam addiſcere poſſit,

ex qua

infallibile accentuum miniſterium in conjungendis & diſtingvendis vocibus,

ceu princeps principium Hermeneuticum ad eruendum verum & genuinum textus V. Teſt. ſenſum clariſſime innoteſcit,

Autore

M. DANIELE WEIMARO, P.N.

Edita

ſtudio & cura

M. Gottfried MATHESII, Oederani.

Cum Privilegio Electorali Saxonico

LIPSIÆ,

Apud Mauritium Georgium Weidemannum,

Typis Chriſtophori Guntheri 1687.

m!

DEO.

TRINVNI.

PATRI. FILIO. ET.

SPIRITVI. SANCTO.

DATORI. OMNIS. BONI.

TER. OPTVMO. MAXVMO.

SATORI. AC. STATORI. ACCENTVVM.

SAPIENTISIMO. AC. BENIGNISIMO.

JVDICI. AC. ARBITRO. COGITATIONVM. AC.
ACTIONVM. HVMANARVM. JVSTISIMO.
AEQVISIMO.

HAEC. QVAE. SVA. SVNT. HVMILIMA.
ANIMI. DEVOTIONE. PRIMVM.
ET. OMNI. JVRE.
DICANTOR.
ET.
SACRA. SVNTO.

POST.

POST. DEVM.

MAGNO. DEI. MINISTRO.

SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO.

DN. CHRISTIANO.

DVCI. SAXONIAE. JVLIACI. CLIVIAE. AC. MONTIVM. LANDGRAVIO. THVRINGIAE.

MARCHIONI. MISNIAE. PRINCIPI. HENEBERGIAE. COMITI. MARCAE. AC. RAVENSBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII. ETC.

PRINCIPI. AC. DOMINO. SVO. CLEMENTISSIMO.

AD. VIRTVTIS. TEMPLVM.

PRO. PRINCIPI. IN. ME. TERRAE, FILIVM.

LARGITER. EFFVSA. GRATIA.

HAS PAGELLAS. ACCENTVATORIAS.

TVRPE. ΑΧΑΡΙΣΤΙΑΣ. CRIMEN. EFFVGITVRVS.

HVMILLIMA. ET. DEVOTISSIMA. MENTE.

ET. MANV. DEPONIT.

ET. AD. THRONVM. SERENITATIS. EIVS.

TOTVM SACRVM. HVNC. ACCENTVVM. EXERCITVM.

ETIAM. NULLA. MAJESTATE. INDIGNUM.

TAM. MINISTROS. QVAM. DOMINOS.

CVIVSCVNQVE. DIGNITATIS. GRADV.

GAVDEANT.

SIVE. SINT. IMPERATORES. SIVE. REGES. SIVE. DVCES. SIVE. COMITES. SIVE. BARONES. ETC.

AMICABILI. ET. JVSTO. ORDINE.

SISTIT.

EIDEMQVE.
ET. SERENISIMAE. CONJVGI. ET.
PRINCIPISAE.

A. DEO. TRINVNO.
MISERICORDIAM. GRATIAM. AC. PACEM.
CONCATENATAM. ANIMI. ET. CORPORIS. SALVTEM.
TRANQVILLVM. ET. PROSPERRIMVM. REGIMEN.
ET. PERENNANTEM. FELICITATEM.

TANDEMQVE. POST. PLVRIMOS. AÑOS. VITAE. IN. HIS. TERRIS.
EX. VOTIS. PERACTOS.
NVNQVAM. INTERMORITVRA. COELESTIS.
BEATITVDINIS. GAVDIA.
EX. IMO. CORDIS. ABYSSO. ADPRECATVR.
HVMILLIMVS. ET. AD. PRECES. ET. SERVITIA.
AETATEM. OBSTRICTISSIMVS.
CLIENS.

M. DANIEL WEIMAR.

PIO.

PIO ET CANDIDO LECTORI
SALUTEM IN DOMINO!

NOn gloriolæ ſaliva ingenioli mei fœtum protrudo, ſed imperatrices fautorum & amicorum preces ſunt, qvæ e manibus meis extorſerunt. In conſcientiæ abdita globulos immiſerunt ignitos, & pericardium mihi hautſemel ſauciarunt, ne, qvod gloriam divini Numinis, eccleſiæ Chriſti commodum, ac ſtudioſæ juventutis emolumentum inſigniter promoveat, ſub oblivionis pulvere inter ſchedarum qvisqvilias diutius deliteſcere paterer. Accedit & hoc, qvod Vir Maxime-Reverendus atqve Excellentisſimus DN. AUGUSTUS PFEIFFERUS, SS. Theol. Doctor celeberrimus, Hebrææ, reliqvarumqve Orientalium in Academia Lipſienſi Prof. Publ. longe meritisſimus, & ad D. Thomæ Eccleſiaſtes diſertisſimus, Patronus meus maximopere deveneran-dus, eum dignum judicaverit, ut fractis carceribus

in publicam lucem prodiret. Ingenue qvidem fateor, exulcerato & faſtidioſo hoc ævo nihil tam bonum, qvod a ſordidis vitilitigatoribus non carpatur; nihil tam ſvave & jucundum, qvod calumniæ tormentis in partem pesſimam non rapiatur. Fatum benignius accentus divini, eorumq; æſtimatores ac propagatores expectare non debent. Ii enim, qvi opinione ingentis doctrinæ qvovis utre tumidiores, & plebeja & tabernaria ſcientiola ſunt fucati, tam contemtim criticen ſacram contemnunt, & puncta pungunt, qvaſi ſuper una atqve altera literula nihili & minutisſimis minutiis ætatem & genium noſtrum excarnificaremus & jugularemus. Qvam bene vero oleum & opera impenditur, qvam utiliter tempus conſumitur in iis rebus, qvæ maximi momenti, & ipſius DEI manu in animarum noſtrarum ſalutem ſunt exaratæ? Non me mei pœnitet facti, qvod huic nobilisſimo ac divinisſimo ſtudio me manciparim. Qvoties qvæſo, ceu olim piisſimus Iſraelis rex ante arcam fœderis, præ gaudiis exſilio, qvando in veteri fœdere genuinus & planus Hebræi & Chaldaici textus ſenſus inter tot interpretamentorum divortia accentuum beneficio clarisſime innoteſcit. Immortales DEO noſtro gratias flexis genibus agere debemus, qvod cœleſte hoc κειμήλιον ſeculo hoc nobis largiri non

fuerit

fuerit dedignatus. O consiliorum DEI abyssum altam! Sancta hæc scientia a Judæis DEI domesticis neglecta, ideoq; penitus ab iis amissa, & in profundum demersa latuit. Nostro autem ævo a viris divinitus excitatis ea qvasi e Democriti puteo Herculeis laboribus extracta est. Non est facile dictu, qvantum laboris multis fuerit exantlandum, ut veritas in tam turbidis daretur undis; tandem ea φελλὸς ὡς ἀβάπτιστος ubiq; est adspicienda. Non interibit amplissima eorum fama, qvi accentuum doctrinã regulis certis inclusam orbi literario communicarunt; Qvos inter primum nominandus est B. BOHLIUS, qvi fere glaciem fregit, & nunc superatis hujus mundi turbinibus στέφανον τῆς ζωῆς αἰωνίου ἀμάραντον a manu Domini accepit. Hunc excepit CL. DN. LEDEBUHRIUS, qvi per octennium anxie in hoc studio sudavit, & varios accentuum positus innumera exemplorum copia collegit, ut extinctam & sepultam accentuum scientiam clementissimus DEUS per eam veluti reviviscere voluerit, & ob id nemo ei debitam laudem ibit ereptum. Palmam tamen præ omnibus meretur ὁ πάνυ WASMUTHIUS, celeberrimus SS. Theol. Doctor, ejusdemq; in Academia Holsat. Kilonìensi Prof. Publ. qvi ad abstrusissima eruenda natus admirandis Spiritus Sancti donis stupenda congessit opera, & justo hoc titu-

titulo, vel etiam ringente invidia, hodie audit felicissimus Lingvæ Hebrææ & divinæ accentuationis rêstitutor. Exaudiat benignissimum Numen pium hoc & devotum votum, qvod Hebræi suis doctoribus adprecantur, atq; nos in sinum ejus fundimus יחיו ביהוה לימים טובים ורבים אמן.
Merito etiam mentionem facio fidelissimi mei Gamalielis, Nobilissimi atqve Excellentissimi DN. HEINRICI OPITII, Hebrææ reliqvarumq; Orientalium Lingg. in eadem Academia Holsat. Profess. Publ. famigeratissimi, qvi hæc studia tam calamo qvam voce juxta methodum VVasmuthianam fœcunde propagare, auditoribus suis Heliconios illos liqvores dextre instillare, & omnium impendere se usui & saluti semper est promtissimus. Singularem benevolentiam & paternum in me affectum, qvo me beavit, nunqvam satis possum laudare. Omni enim studio, officio & fide me adjuvit atq; adauxit, ut cinctus undiq; præstrictusq; liberali meritorum luce ingratissimus sim mortalium, nisi serena mente agnoscam, & palam ostendam. Ei enim hæc atq; alia multa secundum DEUM unice debeo, & ipsam fortunam fortunis meis anteivi, qvod svavissima, ingeniosa & solertissima ejus informatione frui potuerim. Hinc & ipse assidue in ore, in oculis, & in animo mihi est, eumq; interno pectoris cultu prosequi,

ſeqvi, & pertinaciter usqve ad ultimum vitæ halitum amare non deſiſtam. DEUS, omnis boni remunerator, eum reipublicæ literariæ qvam diutisſime ſupereſſe jubeat, & pro omnibus, in me non parca manu collatis, beneficiis cœleſti benedictionis rore abunde humectet. Hi ſunt præcipui mei doctores, (præter alios multos, a me ſæpius volutos revolutosqve) a qvibus tam muta, qvam viva voce in hac ſcientia omne id, qvod ſcio, (qvalecunqve etiam ſit ſcire meum) accepi. Et qvemadmodum olim lubentisſime omnia in auditores meos transfudi, & ſub velamine reticentiæ nihil obvolvi; ita & hanc doctrinam accentuatoriam, levi & brevi methodo adornatam, qvæ toties Jenæ, partim ab auditoribus meis, partim ab aliis qvoq deſcripta eſt, publici juris fieri permitto. Licet qvidem methodi accentuationis Hebrææ multis modis intricatæ primum fuerint, illæ tamen caſtigatæ, emendatæ, & perpolitæ jam extant. Inventis enim facile aliqvid poſſumus addere, qvod aut ad majorem ſplendorem, aut certitudinem, aut facilitatem facit. Qvid in hac re a me præſtitum ſit, dicere non eſt meum; hoc tantum dicam: brevitati ac perſpicuitati ſedulo ſtudere volui, qvum veluti ſenatusconſultum ſtatuo eſſe ſeqvendum:

Semper via brevi ducat præceptor discipulos ad delubrum sapientiæ. Huic satisfacere maximopere allaboravi, & totam hanc scientiam accentuatoriam paucissimis regulis inclusi, & ut eam a capite ad calcem, ὡς ἐν συνόψει, contemplari possis, epitomen & indicem omnium regularum, membrorum ac numerorum in usum tuum præmisi. Laudandus etiam est labor CL. DN. M. GOTHOFREDI MATHESII, Accentuationis divinæ perfecte gnari, Amici valde mei & e paucis, qvi in edendo hoc scripto omnia observavit diligentissime, meq; absente sphalmata, qvæ alias in tanta ignorantiæ nocte facile irrepserint, curate expunxit, & totus in eo fuit, ut opusculum hocce, qvantum fieri potuit, distincte prodiret. Tu, *LECTOR BENEVOLE*, bono hanc methodum aggredere animo, & strenue tuas vires periclitare, experieris magno gaudio, qvod ex ea proprio Marte, si velis, hanc scientiam accentuatoriam tibi possis acqvirere. DEUS TRINUNUS sit tecum, & impleat cor tuum omni superna luce & gratia! Ut autem ineffabilem & egregium divinæ accentuationis usum in eruendis genuinis textus Vet. Test. sensibus penitus cognoscas, imposte-

rum

rum per aliqvot decadas textuum Biblicorum, qvorum magnam collegi copiam, ex his regulis & principiis per DEI gratiam feliciter jactis, delibandum tibi propinabo; ubi & aurea [qvæ vocant] axiomata luculenter declarentur, qvæq; instar trutinæ sunt, juxta qvæ falsa interpretamenta sunt examinanda. Sicuti etiam DEO vitam sanitatemq; concedente peculiari tractatu ex infallibili duplicis accentuationis ministerio, veram decalogi divisionem ὀφθαλμοφανερῶς proxime demonstrabo, & spurias accentuum lectiones, tam in manu-scriptis, qvam impressis codicibus occurrentes, in qvibus accentuum adversarii suum imprimis ponunt præsidium, firmissimis rationibus, veluti spongia delebo. Interim optime vale, *LECTOR CHRISTIANE*, & utere his præceptis accentuatoriis feliciter, resq; tuas bene age in DOMINO. Dabam Neagoræ e Museo meo, ipsis Calendis Septembris, A. χριστογονίας M. DC. LXXXVI.

VIRO

Perqvam Reverendo atq; Clarisſimo

DN.
M. DANIELI WEIMARO

S. P. D.

AUGUSTUS PFEIFFER,

D. Prof. Publ. & Eccleſiaſtes
Lipſienſis.

ACcentuum *rationem multis ſeculis a plerisq; vel ignoratam penitus, vel non ſatis intellectam fuiſſe, ſatis ſuperq; loqvuntur labores eorum, qvi ante* SAM. BOHLIUM *doctrinam iſtam tradere conati ſunt, qvales autor* שער הנגינות *ſ.* portæ Accentuum, R. CALONYMUS App. ad Gramm. Abr. Balmes, de accentibus, R. JUDA BEN BILHAM in טעמי המקרא *ſive* de accentibus SSæ, ELIAS LEVITA in טוב טעם *&c. & e Chriſtianis*, J. REUCHLINUS & SEB. MüNSTERUS de accentibus, VAL. SCHINDLERUS Gramm. l. 4. de Proſodia, AUG.

SEB. NOUZENUS L. de Literar. Vocal. & Accentuum Ebr. naturâ; J. AVENARIUS Gramm. P. 2. p. 344. sive de Accentibus, FRANC. JUNIUS Gram. l. 4. de Prosodia, CHRIST. HELVICUS Institut. Gramm. P. 4. de Prosodia, JOH. BUXTORFIUS Thes. L. 1. c. 5. de Accentibus, IS. GRONBECCIUS Instit. Accentuum, ABR. GIBELIUS Artif. accentuum, *& si qvi sunt alii. Omnes enim illi* accentuationem prosaicam *minus perfecte tradunt*, metricam *vero vix leviter attingunt. Penitius vero accentuationis arcanum non inspexit modo, sed & aliis pandit Cl.* SAM. BOHLIUS, *uti testantur* Tabulæ ejusdem VIII.-XIII. *&* disputationes diversæ, *nam* Apodixis *ejusdem* accentuatoria *edita non est. Eum excepit* CASP. LEDEBURIUS, (*qvo manuductore & nos olim ad hæc sacra usi sumus*) *edidita,* שלשלת המקרא catenam Scripturæ sacræ. *Horum laboribus usus qvidem est, at utriusq, diligentiā superavit* DN. D. MATTH. WASMUTHUS, *Fautor noster & in Christo Frater venerandus; in* Institut. Methodica Accentuationis: *Ejus enim opera, si perfectionem doctrinæ spectes, qvid in hoc genere addi qveat, vix video. Non improbanda interim est eorum industria, qvi per compendia tradere conati sunt hanc doctrinam, ad*

qvam pleriqve ideo adhuc nauseare, eamq; mirari malunt, qvàm ambire, qvod multis difficultatibus implicita, atq; adeò inaccessa videatur: Huic præjudicio occurrere atq; abstergere hanc maculam conati nos sumus manuductione nostra ad Accentuationem. *Idem tentarunt ELIAS SCHNEEGASS, PHIL. LUDOV. HANCKENIUS, H. OPITIUS, CLAMER. FLORINUS, GEORG. SAM. DÖRFFELIUS & alii. His nunc accedis, Clarissime* VVEIMARE, *& tuum qvoq; ἐπιβάλλου μέρος addis præsenti Tractatu, qvē ita conscriptum esse, hic publicè testamur, ut valde stupidum esse oporteat, qvi vel accentuationis divinæ certitudinem adhuc negare, vel ejus rationem capere minùs qveat. Macte hac tua virtute, Vir Clarissime, &, si qva in hoc studiorum genere elaborata adhuc habes, ea promere potiùs, qvàm premere labora. Gratias Tibi debent illi, qvi compendiariam viam ad hæc sacra amant, & exspectat te præcipuum egregiorum conatuum præmium, æternæ scilicet famæ solatium. Vale in Domino, & mihi favere perge.*

Scripsi præproperè Lipsiæ A. 1686. d. 4. Octobr.

Est

Est vere dictum: grandes modo grandia laudant,
& parvum parvi pendere sæpe solent.
Ast aliter JESUS noster, qui spernier haut vult
ex minimis unum, hoc docet ipse die.
Quod merito, FRATER, perpendis, puncta docendo,
in qveis doctrinæ magna momenta latent.
Hæc fructus multum producent semina parva,
dum jota codex continet ille sacer.
Accino cordicitus, nec sum tibi vanus haruspex,
His minimis crescent maxima lucra, sat est.

Hæc Festo Michaelis Archangeli fratri tractatum de accentuatione edituro ex Pölwicensi museo properanter transmittit

Christianus Weimar,
Pastor.

Codicis *Accentus* veteris, diversaq; puncta
Imperii formam sistere, credo, qveunt.
Induperatorum bini sacra munia præstant;
Quinq; gerunt *Regum* nomine req; vices;
Suntq; *Duces octo*, *Comites* qvibus addere *senos*
septem cum *Servis* pagina sancta solet.
Ducitur id merito divini munus amoris,
grandeq; Christiadum relligionis opus.
WASMUTHIUS, toto Scriptor celeberrimus orbe,
Felici pridem reddidit illa manu.

OPI-

OPITIUS seqvitur, Clarii lux clara Senatus,
atq; Altenburgi gloria magna suæ.
Talia, mi WEIMAR, studio vestigia magno
calcans, ingenuo pignore laudis ovas.
Inclyta Salaidum, Te præceptore, juventus
hæc qvondam docili dogmata mente bibit.
O qvoties eadem prelis expressa videre
gestiit, & libris associare suis.
Qvæ voluit, rata sunt; fausto nam sidere tandem
in publicas veniunt, Te patiente, manus.
Commoda sic viridi præstas laudanda catervæ,
atq; perennabit nomen in orbe tuum.
Florida Te pariter, *Dulcissime*, fama beabit,
auxilio cujus cuditur hicce liber.
Vestraq; dexteritas, venientia secula dicent,
Imperii sancti mystica puncta dedit.

Clarissimis
doctissimi Operis, Auctori atq;
Editori,
Amicis a condiscipulatu sibi conjunctissimis,
L M Q
f.

M. JOH. Müller/ Mylavia-Variscus,
Lycei Altenb. ConR.

I. N. J.

I. N. J!

TABULA SYNOPTICA DOCTRINAE ACCENTUATIONIS HEBRAEAE

Præmisſis Prolegomenis

agit

REG. I. de dictamine Grammatico, ſeu de vocum textus V.T. examine.

MEMBR. I. de vocum conſtructione ve' diſtinctione. p.7–13.

II. de vocum bis conſtructarum ſeparatione. p.13–18

REG. II. de dictamine Logico, ſeu de diſtinctionum proportione & qvantitate.

MEMBR. I. de ſedibus diſtinctionum vel majoribus vel minoribus in terminis propoſitionum. p.18–22.

II. de iisdem intra propoſitiones. p.22–27.

REG. III. de poſitu accentuum regulari.

SECT. I. in libris proſis.

MEMBR. I. de conſecutione imperatoris respectu. p.29.

II. de conſecutione ejusdem reſpectu regum, p.29–32.

III. de conſecutione regum. p.33–35.

IV. de conſecutione ducum. p.35–38.

V. de ſervis dominorum. p.38–39.

SECT. II. in libris אמ״ת ſ. metricis.

MEMBR. I. de conſecutione imperatoris : ‾ reſpectu regum ‾ & ‾. p. 41–

II. de conſecutione ejusdem reſpectu ducis _ : p. 41–42.

III. de conſecutione regum ‾ & ‾. p. 42.

IV. de conſecutione ducum ‾ _ & _. p. 43

V. de conſecutione comitis majoris _. p. 45.

VI. de ſervis dominorum. p. ead. – 48.

REG. IV. de poſitu accentuum irregulari.

SECT. I. in libris proſis.

MEMBR. I. de anomaliis imperatoris : ‾ in vicariatu ‾. p. 48.

II. de anomaliis imperatorum : ‾ & ‾, p. 50.

Num. (1.) in vicariatu regum. (2.) in ditione duarum vocum per ſervum copulandarum. (3.) in ſubſtitutione ſubdiſtinctivi pro ſervo in voce 3 ditionis. (4.) ‾ in ſubſtitutione _ pro _.

III. de anomaliis regum, p. 52.

Num. (1.) in vicariatu ducum. (2.) _ & _ in ditione 2 vocum per ſervum conjungendarum. (3.) Regum omnium in ſubſtitutione ſubdiſtinctivi pro ſervo in voce 3 ditionis. (4.) _ & _ in ſubſtitutione minoris pro majore in voce 4 ditionis. (5) Regum omnium in ſubſtitutione minoris repetiti pro majori. (6.) ‾ & _ in ſubſtitutione _ Sakephkatonis proprii pro majori _. (7.) _ in ſubſtitutione repetita _ pro majori _.

IV. de anomaliis ducum, p. 59. - 73.
Num. (1.) in vicariatu ֔ & ֒. (2.) in variis subdistinctionum sedibus, bis, ter, & sæpius immediate subdistingvendis. (3.) in ditione mediata. (4.) in ditione 2 vocum per servum copulandarum. (5.) in substitutione subdistinctivi pro servo in voce 3 ditionis.
V. de consecutione comitum. p. 74. - 77.

SECT. II. in libris אמ״ת s. metricis.

MEMBR. I. de anomaliis imperatoris ֑ respectu regum, p. 78.
Num. (1.) in vicariatu ֝. (2.) in vicariatu ֗.

II. de anomaliis imperatoris ֑ respectu ducis ֔ p. 81.
Num. (1.) in vicariatu ֔ in 2da voce distingvenda. (2.) in ditione 2 vocum. (3.) in ditione immediata bis subdistingvenda.

III. de anomaliis regum, p. 83.
Num. [1.] in ditione 2 vocum per servum copulandarum. [2.] in voce 2 subdistingvenda. [3.] in voce 3 subdistingvenda.

IV. de anomaliis ducum, p. 88. - 93.
Num. [1.] ֔ in voce sua subdistingvenda. [2.] ֥ vicarius ֔ in voce ditionis vel 3. vel 2. subdistingvenda. [3.] ֣ vicarius ֔ in voce 3 subdistingvenda. [4.] ֑ & ejus vicarii ֥ in 2 voce subdistingvenda. [5.] ֥ vicarii ֥ in voce 2 a suo domino ֔ denuo in voce 2 a se subdistingvenda. [6.] ֔ vel ֗ vicarii in voce 2 ab ֝. [7.] ֑ ֓ & ֔ in substitutione ֣ pro ֑. [8.] ֑ & vicarii ejus ֥ ֓ & ֔ in ditione mediata. [9.] eorundem in ditione immediata. [10.] ֔ in ditione 2 duarum vocum per servum copulandarum.

V. de anomaliis comitum, p. 94.
Num. [1.] subdistinctivi. [2.] subdistinctivi vicarii. [3.] in substitutione pro. [4.] vicarii sc.
VI. de inscriptione s. titulis Psalmi. ead.

Reg. V. de accentibus euphonicis.

Membr. I. Num. [1] Psik. [2.] Metheg. [3.] Makkaph. p. 95.
II. de substitutione Methegi pro servis in libris prosis. p. 96.
III. de eadem in libris אמת s. metricis. p. 98.

Reg. VI. de duplici accentuatione.

Sect. I. in Decalogo.

Membr. I. de versiculorum in præceptis contentorum accentuatione. p. 100
II. de præceptorum accentuatione. p. 102.
III. de accentuum versicularium & præceptivorum combinatione. ead.

Sect. II. in Locis Piscatis. p. 104

Membr. I. de partium versus Piscati separatim sumtarum accentuatione. p. 105.
II. de partium versus Piscati conjunctim sumtarum accentuatione.
III. de accentuum partium versus Piscati tam separatim qvam conjunctim sumtarum combinatione. p. 106.

Δ. T. Θ.

Doctri-

Prolegomena.

בהניא

DOCTRINÆ
ACCENTUATIONIS HEBRÆÆ
Prolegomena.

§. 1.

ACcentus Hebræi ſunt conjunctionum & diſtinctionum characteres, congruentisq; pronunciationis indices; Eorum enim munus eſt, vocum ac ſententiarum ſpatia determinare, & vocis ſyllabas conveniente elevatione vel depresſione moderari.

§. 2. Hinc ſunt Accentus vel

(I.) Tonici, a tono, qvem pleriqve occupant, ita dicti, & qvidem

(α) *Diſtinctivi* ſeu *domini* ſunt:

, ׃סִלּוּק Silluk, (i.e. *terminus, periodus,*) cui perpetuo duo puncta ſubalternatim poſita adduntur, qvæ vocantur סוֹף פָּסוּק Soph paſuk, (*finis verſus*) & fidelisſimi ſunt Silluki ſatellites, verſiculum ſemper claudentes.

אַתְנָח vel אַתְנַחְתָּא Atnach vel Athnachta, (*qvies, ſeu reſpiratio, qvam is maximam facit intra verſum proſaicum.*)

סְגוֹלְתָּא Sgholta, (*qvod eſt Seghol inverſum.*)

זָקֵף קָטֹן Sakeph katon, (*erector parvus.*)

זָקֵף גָּדוֹל Sakeph gadhol, (*erector magnus.*)

טִפְחָא Tiphcha, (*palma.*)

רְבִיעַ Rbhia, (*cubans, quia medio literæ incubat,*) & in proſis vicarius ejus eſt שַׁלְשֶׁלֶת Schalſcheleth Pſikatus, (*catena diſtingvens, tribus nodis conſtans.*)

זַרְקָא Sarka, (*ſparſor.*)

פַּשְׁטָא Paſchta, (*extenſor, inclinans.*) Ejus vicarius eſt יְתִיב Ithibh, (*ſedens ſcilicet ante primam vocis vocalem.*)

תְּבִיר Tbhir, (*fractus, qvia figura fracta veluti pingebatur.*) Ejus vicarius audit מֵרְכָא כְפוּלָה Merca chphula, (*Merca duplicatus.*)

פָּזֵר Paſer, (*diſperſor.*) Ejus vicarius eſt קַרְנֵי פָרָה Karnephara, (*cornua vaccæ.*)

תְּלִישָׁא גְדוֹלָה Tliſcha ghdhola, (*evulſor magnus.*)

גֶּרֶשׁ Gereſch, (*expulſor.*) Ejus vicarius eſt גֵּרְשַׁיִם Graſchajim, (*expulſor geminus.*)

Hiſce annumerandus eſt פְּסִיק Pſik, (*diremtor,*) qvi nunqvam tamen ſolus ponitur, ſed vel cum domino, vel cum ſervo qvodam conjunctus apparet.

(β) *Conjunctivi* ſeu *ſervi* ſunt

מֵרְכָא Merca, (*productor.*)

מוּנַח Munach inferior vel ſuperior, (*ſella, vel vacua qvaſi tuba.*)

מַהְפַּךְ Mahpach, (*inverſa qvaſi tuba.*)

דַּרְגָּא Darga, (*gradus ſcalæ.*)

קַדְמָא

קַדְמָא Kadhma, (*præcurſor ſcilicet Gereſchi.*)

תְּלִישָׁא קְטַנָּה Tliſcha ktanna, (*evulſor parvus.*)

יֶרַח Jerach, (*luna corniculata.*)

Hi ſervi tamen fere omnes certis conditionibus vicarii ſuorum dominorum, & legati ſubdiſtingventes fieri poſſunt. Occurrunt & alii ſervi in libris metricis, nempe Tiphcha non-anterior, & Sarka non-poſterior, conſervus Mahpachi & Mercæ in eadem voce, de qvibus infra.

Reſtant adhuc alii accentus tonici, qvi ex adductis componuntur, & inde compoſiti audiunt, ſuntq; *Merca Mahpachatus*, *Rbbia Gereſchatus*, *Kadma Pſikatus*, *Mapach Pſikatus*, *Munach Pſikatus*; & horum qvilibet ſuo gaudet dominio, niſi Munach Pſik tantum euphonicum habeat.

Vel (II.) Euphonici, (a nonnullis Rhetorici nominati,) qvi tonico præmiſſi lectionis curſum vel inhibent, vel promovent & urgent: atqve illi qvidem, qvum decore lectionem vocis aut ſyllabæ ſuſpendunt, Grammaticis רסני הקריאה *habenæ lectionis* vocantur. Et ſunt ſeqventes:

פְּסִיק Pſik, (*diremtor,*) qvi inter duas voces ſcribitur, & ſervo cuidam ſemper apponitur, v. g. Jer. XXIII. 6. יְהוָה׀ צִדְקֵנוּ׃ *Dominus juſtitia noſtra.*

מֶתֶג Metheg, (*frenum vel retinaculum,*) ſyllabæ apponitur ſuſpendendæ paululum, ne pronunciatio vocis indecora ac diſſona fiat, ut הָאָדָם. His etiam alii סוֹף פָּסוּק Soph Paſuk annumerant. vid. Buxt. Tib. pag. 279.

Promovet vero lectionem

מַקֵּף Makkaph, (*connexio,*) & eſt linea transverſa duabus vel pluribus vocibus interpoſita, qvas ita connectit, ut uno efferantur accentu tonico, v. g. Gen. I. 29. אֶת־כָּל־הָעֵץ.

NOTA.

(1.) Sunt qvidam accentus, qvi alia habent nomina: Nempe Tiphcha etiam טַרְחָא Tarcha (*labor*) & immediate ante Sillukum & Athnachum positus מְאַיְלָא Majla, (*arietinum cornu*) dicitur. Merca chphula nominatur qvoqve תְּרֵין חֻטְרִין Tren chütrin (*duæ virgulæ.*) Karnephara dicitur פָּזֵר גָּדוֹל Paser gadhol, (*dispersor magnus.*) Tlischa ghdhola תַּרְסָא Tarsa (*clypeus*) vocatur; Gerefsch qvoqve טֶרֶס Teres, & si Kadhma præco ejus præcesserit אַזְלָא Asla, (*ambulans*) & Graschajim etiam טִרְסַיִם Trasajim appellatur. Darga שׁוֹפָר גַּלְגַּל Schophar galgal, (*tuba revoluta aut reflexa.*) Munach שׁוֹפָר יָשָׁר Schophar jaschar, (*tuba recta.*) & Mahpach שׁוֹפָר הָפוּךְ Schophar haphuch, (*tuba inversa*) nominatur. Munach Psikatus לְגַרְמֵהּ Lgarme, seu לְבַדּוֹ Lbhaddo, (*solus.*) Munach ultimæ syllabæ imprimis ante Athnach, Sakephkaton & Sarka positus, עִלּוּי Hillui, (*exaltatus,*) & a principio positus מְכַרְבֵּל Mcharbel, (*involutor vocis*) vocatur. Kadhma, si loco Methegi adhibetur מַזֶּה Masse audit. Præterea Merca Mahpachatus seu compositus a nonnullis Merca Ithibhatus; Kadhma & Mahpach Psikatus appellantur Paschta & Ithibh Psikatus; Sed falso, qvia in libris אמ״ת seu metricis Ithibh & Paschta plane non occurrunt.

(2.) Accentus similem figuram habentes discernuntur ex stationibus suis, ut: Silluk a Methego differt, qvod ille semper in tono, hic ante tonum existat; e. gr. גְּבוּרָתֶךָ׃. Paschta ultimam vocis literam occupat, ut: אָמַר. Kadhma vero illam literam, qvæ tonum habet: ut: אָמַר; Nisi tonus simul in ultimam incidat, tunc cognoscitur ex socio.

v. g.

v. g. וְאָמַרְתָּ Ithibh ſemper ante primam vocis ſuæ vocalem locatur, ut: חָסֵר ׀ פִּי. Mahpach autem poſt illam ſcribitur, hoc modo: פִּי, חָסֵר. Rbhia medio literæ incubat; Punctum Cholem vero lateri literæ apponitur, ut: תֹּהוּ.

(3) Omnes accentus diſtinctivi ſupra vocem ſuas habent ſtationes, ſi exceperis hos VI. : _ _ _ _ _ & _. Omnes vero ſervos infra vocem ſcribi invenies, præter duos proſaicos _ ˊ _ & _ _, & metricos duos _ _ & conſervum _ ~ _.

(4) Accentus ob conſecutionem duplicem, proſaicam ſcilicet & metricam, proſaici ſunt & metrici, olim a Doctoribus hujus ſcientiæ ita nominati. Illi in libris proſaicis, hi in metricis ſeu in tribus libris אמת h. e. אִיּוֹב Hiob, a verſu 2. cap. III. usqve ad verſum 6. cap. ult. מִשְׁלֵי Proverbiis, & תְּהִלִּים Pſalmis reperiuntur. Sunt autem ſolis libris proſaicis ſeqventes XIII. uſitati: _ _ _ _ (Paſchta) _ (Ithibh) _ _ _ _ _ (ſimplex,) _ _ _. Et in metricis V. nempe _ _ _ anterior, _ & conſervus _ ~ _ tantum adhibentur. Reliqvi tam in metricis, qvam proſaicis occurrunt.

(5.) Accentus qvidam ſunt vel præpoſitivi, ut _ cum Rbhia compoſitus, _ anterior, _ (Ithibh) _; vel poſtpoſitivi, ut _, _ ~ _, _ (Paſchta) & _.

§ 3. Qvoniam etiam nonnulli termini in hac doctrina accentuatoria reperiuntur, qvi ab accentuatoribus melioris doctrinæ gratia excogitati ſunt, illorum mentio, ac brevis & perſpicua enodatio hic qvoq; fieri debet, ne remoram diſcentibus poſtea injiciant. Qvare ſeqventia obſerva:

(α) Accentuatio ſub ſchemate alicujus reipublicæ repræſentatur; ideo qvoqve accentus diſtinctivi dividuntur in imperatorem, (ejusq; vicarium in proſaicis) reges, duces, comites, barones &c. uti docebit reg. III. tabb. mnem.

 (β) Re-

(β) *Regii accentus* seu domini omnes communi nomine vocantur *distinctivi*, & sic in se & absolute considerantur. Si vero respectum inter se invicem habent, tunc sunt vel distinctivi, vel subdistinctivi. *Distinctivus* stricte sic dictus est, qvi ditionis seu territorii cujusdam est dominus. Talis est perpetuo: ◌ֽ. Reliqvi omnes respectu: ◌ֽ sunt *subdistinctivi*, vel *minores* vel *majores*, prout vel majori vel minori dignitatis gradu gaudent; atqve iterum vel *immediati* vel *mediati*, prout immediate vel mediate ab eo dependent; respectu vero subditorum suorum, qvi ab iis, tanqvam ditionis dominis ponuntur, sunt etiam distinctivi, v. g ◌֑ respectu: ◌ֽ est subdistinctivus, respectu verò ◌֖ vel ◌֔ suæ ditionis, vel ◌֗ est distinctivus. Vel: Rex respectu imperatorum est subdistinctivus, respectu ducum est distinctivus. Sic qvoqve cum reliqvis res se habet.

(γ) *Initium lectionis* fit ab initio versus; sed *initium accentuationis* a fine versiculi sumitur. Inde qva dictamen grammaticum & logicum (reg. I. & II.) *seqvi* est, qvod à sinistra; *præcedere* vero, qvod a dextra stat. Contra vero qva consecutionem accentuum tam regularem, qvam irregularem (reg. III. & IV.) *seqvi* dicitur, qvod a dextra; & præcedere, qvod a sinistra est.

(δ) *Ditio* (qvæ & aliis territorium seu incisum dicitur) est vocum series, cui accentus distinctivus aliqvis præest. Estq; vel *mediata*, si dominus ditionis subdistinctivo cuidam imperium cedit, vel *immediata*, si ipsemet per integram ditionem dominium exercet, non mediantibus aliis. *Utraq;* est vel *ampla* seu *augusta*, in qva plures dantur voces; vel *angusta*, qvæ una tantùm vel duabus vocibus constat. Ampla seu major ditio etiam intermedias minores sub se habere potest, qvas qvoqve nonnunqvam habet, & ideo *mixta* dicitur.

(ε) *Voces laborantes* sunt, qvæ ante tonum vocis aut plane nullam aut non plures una habent syllabas, ut אִישׁ, אָדָם, שְׁמַרְתִּי, sunt voces laborantes. Sed vox הָאָדָם non laborat.

NOTA:

Nota: Schva mobile post vocalem longam, vel longæ vicariam, hic censetur facere syllabam, v. gr. פִּקְרִי non est vox laborans. E contrario autem non constituit syllabam in accentuum ratione punctum primarium Schva concisi, ut: יַעַמְדוּ. Nec etiam ו, si Vav Schvati vices gerit, ut: וּמוֹשָׁב; Hæ voces sunt laborantes.

(ζ) *Voces per lineolam Maccaph copulatæ* pro una voce habentur, v. g. וְאֶת־כָּל־לֵב. Si vero loco Methegi positus est accentus tonicus, (sive sit distinctivus sive conjunctivus,) vox illa pro duabus sumitur, ut הָעֵצִים. vid. reg. V. m. 1. n. 3.

REGULA I.

De DICTAMINE GRAMMATICO.

Seu, de

Vocum textus V.T. conjunctione & distinctione.

MEMBR. I.

VOces Hebrææ immediate in eadem propositione sumtæ, si habent nexum syntacticum, conjunguntur; sin minus, distingvuntur.

Ἔκθεσις.

EXhibet hæc regula dictamen Grammaticum, ita dictum, qvod ex syntaxeos regulis voces textus V T. vel conjungendas vel separandas esse docet. Voces enim Hebrææ, qvæ in una eademq; stant enunciatione, & immediate se invicem subseqvuntur, syntactice sunt considerandæ, an scilicet ad regulam aliqvam syntacticam spectent. Sciendum autem est, qvod minime saltus in examinandis vocibus fieri debeat; ubiqve enim daretur con-

strudio.

ſtructio, cum omnis propoſitio ſeu enunciatio per verbum, qvod caſus nominum, pronominum, ut & particulas regit, continua qvadam gaudeat cohærentia; ſed ſemper voces duæ, in eadem propoſitione immediate ſe ſubſeqventes ſunt ſumendæ, & perpendendæ, an nexum habeant ſyntacticum. Earum poſterior cum proxime ſeqvente denuo eadem ratione conſideranda. Et ſic etiam cum reliqvis vocibus eſt agendum, usqve dum finis veniat propoſitionis, ubi diſtinctio aliqva major intercedat. Qvæ itaqve voces ſyntactice cohærent, ſigno qvodam ſemilunulæ figuram repræſentante h. m. ⁀ poſſunt conjungi; Si vero nulla ſyntaxeos applicari poteſt regula, voces inter ſe invicem diſtinctionis charactere, qvi virgula hujus figuræ | fieri poteſt, ſeparantur. Et hæ conjunctionum & diſtinctionum notæ ab accentuatoribus hodie communiter adhibentur, v. g. Gen. I. 6.

| וַיֹּאמֶר⁀אֱלֹהִים | יְהִי⁀רָקִיעַ | בְּתוֹךְ⁀הַמָּיִם |

aqvarum medio-in expanſio fiat Deus dixit-Et

Hic etiam notandum, qvod ea, qvæ Chaldaice a viris Θεοπνεύστοις ſunt ſcripta, non excludantur, ſuntq; Eſd. IV. a verſu 7. usqve ad verſ. 26. cap. VII. Jer. X. 11. Dan. II. à verſ. 4. usqve ad finem capitis VII. Nam parem plane cum Hebræis & diſtingvendi & conjungendi rationem habent. Melioris vero doctrinæ gratia paucis dicemus, qvid res ſit. CONSTRUCTIO VOCUM EST

I. NOMINIS, qvæ fit

(α) *ob regimen*, ut צִדְקַת יְהוָה *juſtitia Domini*. Huc etiam pertinent illæ conſtructiones, qvæ regimini haud disſimiles ſunt, ut Hiob IX. 3. אַחַת מִנִּי־אָלֶף *unus è millibus*, i. e. *unus millium*. Gen. II. 21. אַחַת מִצַּלְעֹתָיו *una de coſtis ejus*, i. e. *una coſtarum*. Jerem. XXIII. 23. אֱלֹהֵי מֵרָחֹק *Deus e-longinqvo*, i. e. *longinqvæ abſentiæ*. Item qvando infinitivus formam nominis induit, ut Ruth I. 1. בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים *in diebus judicare judices*, i. e. *in diebus imperii judicum*. Et ſi ſtatus abſolutus

pro

pro constructo ponitur, ut Jes. XLII. 25. חֵמָה אַפּוֹ *excandescentia iræ suæ.* Prov. XXII. 21. אֲמָרִים אֱמֶת *verba veritatis.* Sic Num. XXI. 14. Deuteron XVI. 21. Ps. LX. 5. E contrario constructus etiam pro absoluto stat, ubi genitivus sensualis qvandoq; latet, vel in præcedente, vel in seqvente nomine, qvod repeti debet; adeoq; ob hoc regimen non nectitur. v. g. Prov. XI. 6. בְּהַוַּת בֹּגְדִים יִלָּכֵדוּ *in pravitate* (perfidorum) *perfidi capientur.* Psalm. CXVIII. 14. עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *robur-meum & -cantio* (roboris mei) *Dominus.* Sic Ps. LVIII. 5. LXXIV. 19. Job. XVIII. 2. Jesa. XIV. 6. XXXIII. 6. Amos VI. 6.

(β) *Ob appositionem*, ut מֶלֶךְ שְׁלֹמֹה *Rex Salomo.*

(γ) *Ob copulationem per literam* ו *in eadem propositione* אָב נָאֵם *Pater & mater.* Qvo etiam referenda sunt duo nomina sine copula ו, ut Deuteron. II. 27. בַּדֶּרֶךְ בַּדֶּרֶךְ *per-viam per-viam.* Ez. XXI. 9. חֶרֶב חֶרֶב *gladius gladius.* Sic Gen. XIV. 10. Lev. XV. 2. XXIV. 15. Num. XVII. 2. Deut. XVI. 20. Nectuntur hoc modo etiam adjectiva, ut Eccl. VII. 25. עָמֹק עָמֹק *profundum profundum*, i. e. *maxime profundum.* Genes. XXV. 30. 1. Sam. II. 3. Jud. XI. 25. Prov. XX. 14. ut & adverbia, v. g. מְאֹד מְאֹד *valde valde*, Num. XIV. v. 7. Exod XXIII. 30. Ez. XLII. 15. &c.

(δ) *Ob adjectivum* nomini suo appositum, vel in eodem genere, numero & casu, ut: Ps. CXXXVI. 17. מְלָכִים גְּדֹלִים *reges magni*, vel in diverso, qvando qvalitas aut modus describitur, ut Ps. XXIV. 4. נְקִי כַפַּיִם וּבַר־לֵבָב *mundus volis & -purus-corde.* Jer XXXII. 19. גְּדֹל הָעֵצָה *magnus consilio.* Item si adverbium pro adjectivo ponitur, ut Proverb. III. 25. מִפַּחַד פִּתְאֹם *a-pavore subito*, i. e. *subitaneo.* Prov. XV. 24. מִשְּׁאוֹל

 מָטָּה

מִקֶּבֶר *a-sepulchro infra*, i.e. *inferiore*. Huc etiam numeralia referuntur.

(ε) *Ob particulam*, (præpositionem, adverbium, conjunctionem, interjectionem, aut particulam אֶת notam accusativi & nominativi,) ex. gr. אֵת הַשָּׁמַיִם | וְאֵת הָאָרֶץ *τὸ cœlum* | *& τὴν terram*. בֵּין הָאוֹר *inter lucem*. כִּי עֵירֹם *quod nudus*, אֵי אָחִיךָ *ubi frater-tuus*. הִנֵּה עֲבָדַי *ecce servi-mei*.

II. Verbi, fitq;

(α) *Ob concursum duorum verborum*, qvorum posterius in infinitivo vel nude, ut: אָבוּ שְׁמוֹעַ *voluerunt audire*; vel cum præfixo ל ponitur, ut: אָבוּ לִשְׁמוֹעַ. ut & ob ejusdem verbi geminationem, ut: אָכֹל תֹּאכֵל *comedēdo comedes*. Jes. LII. 11. סוּרוּ סוּרוּ, *recedite recedite*. Ez. XXII. 2. הֲתִשְׁפֹּט הֲתִשְׁפֹּט אֶת־עִיר הַדָּמִים *nonne-judicabis nonne-judicabis civitatem sangvinum?*

(β) *Ob copulam* ו *in eadem propositione*, ut Genes. I. 28. פְּרוּ וּרְבוּ *crescite & fructificate*. Si autem duo verba duas propositiones constituant, ו non conjungit duo verba, sed tantum duas propositiones, intercedente distinctione qvadam, ut: Esd. IV. 14. שְׁלַחְנָא | וְהוֹדַעְנָא לְמַלְכָּא *misimus*, | *& significavimus regi*.

(γ) *Ob immediatam nominis vel pronominis cohærentiam syntacticam*, sive ea præcedant sive seqvantur, ut: בָּרָא אֱלֹהִים *creavit Deus*. וְרִבְקָה אָמְרָה *& Rebecca dixit* Sive nude ponantur, ut עָבַדְתָּ אֱלֹהִים *serviisti Deo*. קָרָא לַיְלָה *vocavit noctem*. Sive cum literis בכלם & particulis אֶל, אֵת, מִן, עַל, עִם &c.

&c. conſtruantur. v. g. יִרְבֶּה בָּאָרֶץ *multiplicet-ſe in-terra.* וְהָיוּ לְאֹתֹת *fac ſecundum-hoc.* עֲשֵׂה כַּזֹּאת *&-ſint in-ſigna.* יֹצֵא מֵעֵדֶן *egrediens ex-Eden.* לְהַשְׁקוֹת *ad-irrigandum hortum.* אֶת־הַגָּן וַיָּבֵא אֶל־הָאָדָם *&-adduxit ad-hominem.* יְעוֹפֵף עַל־הָאָרֶץ *volet ſu-per-terram.* יַעֲלֶה מִן־הָאָרֶץ *aſcendet e-terra.* Ita qvoq; vocativus cum verbo ſecundæ & primæ perſonæ ob genium hujus lingvæ conſtruitur, ut: Geneſ. XLVIII. 19. יָדַעְתִּי בְנִי *novi fili-mi.* His obiter ſaltim notetur, qvod participium modo conſideretur ut nomen, & ſic habet conſtructionem nominis, non obſtantibus etiam particulis inſeparabilibus מלב, & ſeparabilibus אֶל, אֵת, עַל &c. modo ut verbum, & ſic ſeqvitur conſtructionem ſui verbi, v. g. קֹנֵה שָׁמַיִם *poſſeſſor cœli*, & קֹנֶה אֶת־הַשָּׁמַיִם *poſſidens cœlum.* מְאִירַת עֵינַיִם *illuminans oculos.* יֹשְׁבֵי בָאָרֶץ *habitatores terræ*, ſeu *habitantes in terra.* הֹלְכֵי עַל־דֶּרֶךְ *ambulatores viæ* ſeu *ambulantes ſuper viam.*

(δ) *Ob particulam*, (adverbium, conjunctionem & interjectionem,) ut; כִּי שָׁמַעְתָּ *qvia audiviſti.* עַד שׁוּבְךָ *usq; reverti te.* לְבִלְתִּי אֲכָל־מִמֶּנּוּ *ad-non comedendum-ex-ea.* אָז הוּחַל *tunc cœptum eſt.* וַיִּרְבּוּ מְאֹד *&-multiplicati-ſunt valde.* וַעֲבַדְתַּנִי חִנָּם *& ſervies-mihi gratis.* רֵיקָם שִׁלַּחְתָּנִי *vacue dimiſiſſes me.*

NOTA.

(1.) Nominis conſtructionem imitantur nonnunqvam duæ particulæ immediate conſtructæ vel cum ו vel ſine eo, ut: אַחַר כֵּן, אַחֲרֵי כֵן *poſt ſic* i. e. *poſtea.* Sicuti & alias particulæ ante nomen, pronomen & verbum

 exiſten-

existentes plerumq; nectuntur. Genes. XXXII. 10. כִּי בְמַקְלִי *quia in-baculo-meo.*

(2) Qvotiescunq; nomen, pronomen, aut particula aliqva indeclinabilis sine verbo, qvod tamen subintelligi debet, ponitur, cum seqvente voce ordinarie habet constructionem, ut: Gen. XLIV. 26.

וְאָחִינוּ הַקָּטֹן | אֵינֶנּוּ אִתָּנוּ |
Et-frater noster parvus non ipse nobiscum (est.)

(3.) Pronomen relativum אֲשֶׁר in contextu subintellectum, nexum facit, ut: Prov. IX. 5.

וּשְׁתוּ | בְּיַיִן מָסָכְתִּי
Et-bibite de vino (qvod) miscui.

הָּגֵלְנָה | עֲצָמוֹת דִּכִּיתָ | Psal. LI. 10.
exaltabunt | ossa (qvæ) contrivisti.

Confer Ps. XL. 15. Huc refer etiam voces constructas mediante particula inseparabili מ״לב, ut Jesa. IX. 3. כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *secundum-lætitiam in-messe*, i. e. *qvæ est in messe.* Sic II. Sam. I. 21. Jer. XXIII. 23. Ez. XIII. 2. ubi etiam אֲשֶׁר subintelligitur. Nectitur etiam אֲשֶׁר cum alio pronomine, ut Deut. XXVIII. 14. | אֲשֶׁר אָנֹכִי | מְצַוֶּה אֶתְכֶם | *qvæ ego | præcipiens vobis |*. Item si nomen suum immediate respicit, ut Jer. XXIII. 6.

(4.) Vocula אִישׁ, qvando significat *qvisq., alter*, seqventi voci, etiam non constructæ, in eadem propositione jungitur, ut: Jes. LIII. 6. | אִישׁ לְדַרְכּוֹ | פָּנִינוּ | *qvisq. viam-suam | prospeximus |*. Pariter si bis ponitur, ut Num. V. 11. אִישׁ אִישׁ *vir vir* i. e. *qvivis.*

(5.) Est qvoq; constructio, qvando nomen ita regit alterum nomen, (cujuscunq; sit casus,) vel cum particula, vel sine ea, ut pro posteriori stare possit relativum alter, e.g. Psal.

Pſ.XIX. 3. |יוֹם לְיוֹם| יַבִּיעַ אֹמֶר| וְלַיְלָה לְּלַיְלָה
nocti nox & ſermonem eructat dici Dies

|יְחַוֶּה־דָּעַת|
.ſcientiam indicat

Ez.XXI.14. |וְהַךְ| כַּף אֶל־כָּף| *& complode | manum ad-manum.* Confer. Jer. XLVI. 12.

(6.) לֵאמֹר *dicendo* & סֶלָה *Sela* interdum cum præcedente voce nectuntur, ut Geneſ. XXVIII. 20. |וַיִּדַּר יַעֲקֹב| נֶדֶר לֵאמֹר| *Et-vovit Jacob | votum dicendo.* | Conf. Geneſ. XLII. 38. Exod. IX. 5. Joſ. III. 3. & 6. Jud. VI. 32.

|בְּפֹעַל כַּפָּיו | נוֹקֵשׁ רָשָׁע| הִגָּיוֹן סֶלָה|
. Selah meditatio impius conſtrictus eſt ſuarum manuũ opere In Pſ. IX. 17.

Confer Pſal. IV. 5. Pſal. XXI 3. Pſ. XXXIX. 6. &c. Sæpe tamen analogia etiam obtinet: ut Geneſ. XXII. 20.

|וַיֻּגַּד לְאַבְרָהָם| לֵאמֹר|
. dicendo | Abrahamo eſt annunciatum Et

Pſ. XXIV. 6. |מְבַקְשֵׁי פָנֶיךָ| יַעֲקֹב| סֶלָה|
. Selah | Jacob | tuam faciem qværentes

Confer Pſalm. XLVII. 5. Pſ. LXVI. 15. Pſ. LXXXIII. 9. Pſ. LXXXIX. 46.

(7.) Subjectum prædicationis qvandoq; in ſenſu diviſo a prædicato ponitur, & tunc perpetuo diſtingvitur, ut Eccleſ. II. 14. |הֶחָכָם| עֵינָיו בְּרֹאשׁוֹ| *ſapiens* (i. e. ſapientem qvod attinet,) *oculi-ejus in-capite-ejus.* Confer Gen. XXIV. 6. Pſ. XVIII. 31. Jeſ. LXVI. 18.

MEMBR. II.

QVotiescunqve bis continuantur immediate conſtructiones Grammaticæ, voces ejusdem naturæ aut potioris reſpectus, cohærent, & reſidua disjungitur.

Ἔκθεσις.

HEbræorum diſtingvendi ratio tam accurata eſt, ut non plures, qvam duas voces habeat conjunctas; qvare neceſſe eſt, ut accentuator voces conſtructionum bis continuatarum probe perpendat, ne ſeparandas conjungat, aut conjungendas ſeparet, v.gr. שְׁמַע דְּבַר יְהוָה *audi verbum domini.* שמע דבר conſtruitur, דבר יהוה itidem. In hisce vero conſtructionibus voces, qvæ ſunt ejusdem naturæ, aut potioris reſpectus ſunt obſervandæ. Combinantur enim

I. Voces Ejusdem Naturæ, & ſunt

(α) *Duo nomina* immediate in eadem propoſitione per copulam ו connexa, & æqva ratione cum ſuo verbo conſtructa, ut Eſ. VII. 22. |כִּי־חֶמְאָה וּדְבַשׁ| יֹאכֵל| *Nam-butyrũ &-mel* | *comedet* | Eſ. XIX. 6. |קָנֶה וָסוּף| קָמֵלוּ| *arundo &-alga* | *langvent.* | Si vero hæc duo nomina regimini ſuo vel verbo poſtpoſita ſunt, modo cohærent, modo divelluntur, ut: Joel. II. 2. |יוֹם חֹשֶׁךְ| וַאֲפֵלָה| *dies tenebrarum* | *&-caliginis.* | Eſth. I. 14. |שָׂרֵי| פָּרַס |וּמָדַי| *Principes* | *Perſiæ &-Mediæ* | Jer. V. 17. וְאָכַל |קְצִירְךָ| וְלַחְמֶךָ| *&-comedet meſſem-tuam* | *&-panem-tuum.* | Jerem. V. 17. |יֹאכְלוּ| בָּנֶיךָ וּבְנוֹתֶיךָ| *comedent* | *filios-tuos & filias-tuas.* | Exempla paſſim ſunt obvia.

(β) *Duo verba* itidem in eadem propoſitione proxime concurrentia, & idem nomen reſpicientia, ut Eſ. XXVIII. 24. |יְפַתַּח וִישַׂדֵּד| אַדְמָתוֹ| *ſulcat &-arat* | *terram-ſuam.* Zach. II. 10. |רָנִּי וְשִׂמְחִי| בַּת־צִיּוֹן| *canta &-lætare* | *filia-Zion.*

II. Voces Potioris Respectus, qvas ita dicimus

(α) *Ob regimen*, ut |שְׁמַע| דְּבַר יְהוָה| *audi verba Domini.* Ubi tamen ſemper voces regiminis genitivati arctius cohæ-

cohærent, ut Genes. IV. 10. | דְּמֵי אָחִיךָ | קוֹל
vox | *sanguinum fratris tui.*

(β) *Ob appositionem*, ut Gen. XLV. 28.

| רוּחַ | יַעֲקֹב אֲבִיהֶם
.ipsorum-patris Jacobi Spiritus

(γ) *Ob intimiorem & magis propriam significationis naturam*, ut Ps. CXII. 4. | וְצַדִּיק | חַנּוּן וְרַחוּם
.justus - & misericors-& gratiosus.

Es. XXXVII. 28.

| וְשִׁבְתְּךָ | וְצֵאתְךָ וּבֹאֲךָ | יָדַעְתִּי |
novi tuum ingressum & tuum egressum & tuam-sessionem Et

(δ) *Ob constructionem adjectivi* cum suo substantivo, ut: Deuteron. IV. 36.

| הֶרְאֲךָ | אֶת־אִשּׁוֹ הַגְּדוֹלָה |
.maximum suum-ignem tibi- videndum Exhibuit

Huc referenda etiam sunt numeralia ejusdem ordinis, qvæ tamen magis inter se, qvam cum nomine, qvo construuntur, cohærent, ut Gen. V. 28.

| שְׁתַּיִם וּשְׁמֹנִים | שָׁנָה |
annos octoginta-& duos

Gen. I. 16. | אֶת־שְׁנֵי הַמְּאֹרֹת | הַגְּדֹלִים |
.magna luminaria duo

(ε) *Ob constructionem verbi* cum voce posteriore, non habito respectu subjecti aut prædicati, ut Prov. III. 35.

| וּכְסִילִים | מֵרִים קָלוֹן |
.ignominia extollit stultos - Et

Prov. XIV. 29. | וּקְצַר־רוּחַ | מֵרִים אִוֶּלֶת |
.stultitiam extollit iracundus - Et

Nisi duo verba adsint ejusdem naturæ, ut Ps. XXXV. 23.

| הָעִירָה וְהָקִיצָה | לְמִשְׁפָּטִי |
.meum judicium - ad expergiscere-& Evigila

Ejus-

